



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 129. Mahometis bellum contra Scanderbegum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.  
A.C. 1453.

vius dicebat paratum ad omne id exequendum, quicquid Sanctitas sua pro communi utilitate opportunitum judicaret. Alteram adhuc epistolam Dionysius Carthusianus tum ad ipsummet Papam, tum ad Principes, Episcopos, atque Magnates perscripsit, in qua significabat, Deum peccata Christianorum urbis Constantinopolitanæ excidio castigasse, vitam proinde emendarent, omnique studio recens illatam Ecclesiæ injuriam vindicarent.

§. CXXIX.

*Mahometis bellum in Scanderbegum.*

Scanderbegus sub Mahometis II. imperio variis bellis septem aut omnino octo exercitus, quibus eum Turcæ obrueremoliebantur, jam vincere assuetus profligavit, nec aliquando, ut fama fert, ullo vulnere faucius, quamvis propria manu duo millia Turcarum & amplius trucidasset. Sultanus hanc cladem ulturus, capta Constantinopoli, totam bellivim adversus Scanderbegum exonerabat, urbemque Sphetiam in potestatem suam redegit, an vero ipse Mahometes bello præfens fuerit, incertum est; quippe, Bartletio teste, Mahometes ipse non adiit Albaniam; intelligendum igitur hoc de ipsius belli Ducibus, quos frequenti admodum clade Scanderbegus protriverat, adjutus

adjutus copiis Regis Alphonſi, quocum Sæcul. XV.  
 arctam amicitiam contraxerat. Aſt, A.C. 1453.  
 cum præcipuus ipſius Bellidux, qui Moy-  
 ſes vocabatur, ſeditionem moveret, re-  
 gnum ejus ad extremas pene anguſtias  
 redactum fuiſſet, niſi Scanderbegi pru-  
 dentia turbas ſedaffet, cum ipſum per-  
 duellium caput non modo ad officium  
 reduxiffet, ſed etiam in priſtinam amici-  
 tiam, ac humanitatis officia rara prorfus  
 magnanimitate eundem recepiffet.

## §. CXXX.

*Conjuratio in Nicolaum Papam a  
 Stephano Porcario mota.*

Nicolaus V. ſub prima Pontificatus ſui Antonin.  
 auſpicia certum quemdam, nomine tit. 22. cap. 12  
 Stephanum Porcarium, qui ſtatum Ec- ſ. 4.  
 cleſiæ turbare tentaverat, Bononiam re-  
 legabat, cum mandato, ut ſingulis quibus- Æn. Sylv.  
 que diebus Beſſarioni Cardinali, qui Europ. c. 54.  
 tum urbis Gubernator erat, ſeſe ſiſteret:  
 Verum Stephanus ſimulata ægritudine Platin in  
 Cardinalem ſtudioſe circumveniens, clam Nicol. V.  
 Romam rediit, ubi ſeſe eorum factioni  
 adjunxit, qui cum illo conſpiraverant,  
 & nonniſi opportunam populum conci-  
 tandi occaſionem avidè præſtolabantur.  
 Hos inter decretum erat, ut ſolemni E-  
 piphaniæ die populum Romanum ad li-  
 bertatem expetendam ſumptis armis  
 incita-